

Bogoviensis

I. Liber

analiticorum

Aristotelis



9285/60



F3b2



MF

223876 11

J 60

Mater posteriorum maledictorum

Bonum faciemus deo sancte omnia battit
Vix flos flora lutea posterior



Ex Simeone et Euodagymnos sec. mense

Iesalus M'mori Collegio per A. Traun
Iohannes M'ieloservili Sacrae Theologiae Doc
euusq; Celleij Collejum

L'ate 7. 15. 1500. 1500. 1500.

Line quido dicitur
et omnia sunt et
predicantur sicut
et mentis gratias non
rare a nobilitera pro
te quidam

Vix flos flora lutea posterior

Subje
ctu
in lepro
xii
est dies

Post
L'ate
Gymno
1500

1500

Argumentu in libros posteriorum Analetorū Aristotilis omnium grecorum philosophorum doctissimi peripateticis studij principis et autoris.

Um irresolutā et accurata questionū Magistri Jobānis versoris. in libros posteriorū aristotilis materiali mente revoluerem plurimis adolescentib⁹ in genijs. optimisq⁹ studijs intēdencib⁹. inde difficultas oritur p̄ficiendi. A scientia deniq⁹ demonstrativa que finis omnium scientiarū exsistit et complementū. redduntur alieni. Mathematicorū etiam exemplorū in libris posteriorū perplexitas eorumq⁹ ignorātia plurimis artem demonstratiuā difficillimā fore constituit. Ut itaq⁹ Aristotilis in libris posteriorū processus. et ars demonstrativa ad intelligendū sic facilis. questionūq⁹ Magistri Jobānis versoris in libros posteriorū Aristotilis intellectus sit planior et addiscientibus leuior. Ego Magister Johannes Blogouensis alme floren⁹ tissimeq⁹ vniuersitatis Studij Eracouensis Doctoris Collegij Artistarū Collegiatus. pro Laude d⁹ Gloria. famaq⁹ vniuersitatis nostre. cōmūnemq⁹ adolescentū profecta. Rodo sam et perplexam questionū librorum posteriorū Aristotilis sententiam. in leuiores modum recolligere institut. Egidij Romani doctoris. Thome aquinatis. Alberti magni. Pauli de venetijs viri doctissimi. Et aliorū interpretationes et explanationes adducā. Impressum aut̄ est hoc opus ad impensas prouidit: circumspecti: humanissimisq⁹ viri domini Johannis Waller Luiis Eracouensis virorū doctorū sautoris excellētissimi. Anno Christi Iesu saluatoris. i 499 . nativitatis currente. Huncq⁹ in nomine eiusdem saluatoris. genitricis sue Marie virginis benedictē propositū feliciter incipio.



Arca initium primi

libri analetorum posteriorum aristoteli que
ritur primo. Utrum syllogismus demonstra-
tivus sit subiectu attributis scie libri posteriorum.

¶ Pro intellectu huius questionis more Scim-
q; hec questio vnu pslupponit. aliua aut querit.
pslupponit em q; syllogismus demonstratus sit
aliquid. Non ens em non pt esse subiectu alli-

cuius scie. Ostendit em aristotiles pmo posteriorum q; scie capite vni-
tate dignitate et certitudine subiecta. No ens aut no causat digni-
tatem unitatem et certitudinem alicuius. Sedo querit questio. Utru syllo-
gismus demonstratus sit subiectu attributis huius scie. Pro intel-
ligentia itaq; psluppositi Utru syllogismus demonstratus sit alicd et qd sit.

Notandum est primo. Aristo-

tiles ostendit pmo topicorum sitr primo elencorum. q; syllogismus est qua-
druplices. demonstrativus dialeticus tentativus et zophisticus qui et li-
cetiosus dicit. Ad ppositum aut nostru solu est de syllogismo demonstra-
tivo qui fini aristotile pmo topicorum diffinit. Syllogismus demon-
strativus est ex veris et pmissis. In qua dione tangunt duo que requi-
runt ad syllogismum demonstrativum. Primum q; debet esse ex veris. Quu-
ius ro est ista. dices em inferi q; syllogismus demonstrativus causat sci-
entiam. constat aut q; fini non potest causare scienciam. fini em est no ens
modo non ens no est causa scie et alicuius. Sedo requirif ad syllogis-
mum demonstrativum q; debet esse ex pmissis. Non quidem ex pponib; pri-
mis simplis. prima em principia simplis non ingrediuntur substantiarum
aliqua demonstratione. licet earis virtus in qualibet reperiatur demo-
stratio ut probabit inferius. Sed syllogismus demonstrativus debet esse
ex primis in respectu. sc; ex pmissis que sunt prime et pmissae cause
conclusionis probante ut probabit circa dionem demonstratiois. que pre-
mis pncipiis cognitiois sue sumpererit ex primis verbis q; prima va-
non q; alia sed per se ipsa sic em hoc et certitudinem. Dicit em secundo
metaphysice. Uniquodque principiorum sibi ipsi est fides. ¶ Sequitur
Correlarie pmo q; syllogismus demonstrativus est alicd. p; q; habet pro-
priu finem ut generatione scie unde et dices inferius. Syllogismus demon-
strativus est syllogismus apodicticus. est syllogismus fatius scire. constat
aut q; non ens non habet aliquem finem. Sitr syllogismus demonstrativus
est ex veris et pmissis. modo no ens non procedit ex aliquo ex quo non
est. ¶ Sequitur Correlarie scdo q; de syllogismo demonstratio est scia.

BB 9

Socia spongia
Anselmi Rabortij.



ETH SE NOV 1905

Liber

Primas

Ratio qz habz p̄pria p̄ncipia et causas et p̄prietates de ipso et suis
p̄ibz demonstrabiles. Syllogismus em̄ demonstrati⁹ est ex veris
et necessarijs tāquā ex eius causis. et e⁹ p̄prium est generare sciāz. qd̄
de ipso demōstrat ⁊ de qualibz e⁹ p̄e subiectis q̄re correlatiū verū.

Notandum secundo. Pro se⁹

cunda p̄e questionis intelligēda vtrū syllogism⁹ demonstrati⁹ sit
subiecti attributiō scie libri posteriorum inquit doctor Thomas
aqnaris in principio p̄metiti. hōm̄i genus vivit arte et ratione. Solus
em̄ homo a summō deo donat⁹ est ratioē que tō semp et optima est:
dit ⁊ deprecat⁹ ut dicit p̄mo ethicoru. quia rōe homo in actibz suis p̄ficiendis
et agendis in certos dirigit fines. Letera em̄ animalia in
instinctu et nature imperū put a natura agunt in suos fines dirigūt
Brutea em̄ nō arte nō ex deliberatiō fī instinctu nature telā facit ve
muscas capiat et se nutriat Irundo etiā ex instinctu nature nidum
facit ut p̄olem seruet Subiungit doctor sanct⁹. Ad act⁹ itaq; hu
manos faciliter et debite p̄ficiendos diuerse artes subfuiūt que p̄ ra
tionē humānā sunt inuete. Ars em̄ nō est aliud q̄ p̄ecta rationis or
digatio fm̄ quā actus humani p̄ media debita et p̄uenientia in debi
tu et determinatiū finem p̄ueniūt. Subiungit Ratio aut̄ hōis non
solum dirigit actus inferiorū potentiarū anīe ut sensitivae. sed etiāz
suorū actuū est directiva p̄prioū. p̄prium em̄ est intellectui nostro ⁊
cuilibet potētiū cognitiae. in materiali supra seipam reflecti. et se ip
sam cognoscere. Sicut ergo artes mechanice iuuenti sunt per raci
onē. ad operationes manuales dirigendas. sic etiam inuenta est que i
dam artis directiva rationis. cum ipsa ratio deficere posset ⁊ errare in
operationibz suis. et hec est rōnalis scientia quam logicam dicimus.
Regit ergo logica operationes rationalis et intellectus nostri fm̄ diuer
sas eius partes. Numam em̄ operationem intellectus que est simpli
tū intelligēdi. dirigit scieria libri p̄dicamentorum aristotelis. in qua
determinat de simplicitate et singulariū in genere locatione.
Secundam extionem intellectus vel rationis que est compositio
et divisio. regit et dirigit scientia libri paribermeniarū. in qua deter
minat de enunciacionibz affirmatiuis et negatiuis. Tertiā operati
onē intellectus vel rationis que est discursus causis ad effectus. &
premissis ac conclusiones. regit et dirigit scientia librorū noue logi
ce. ut priorum posteriorū: elencorum: et topicorū. Sequitur Logi
arie primo q̄ logica non dicitur rōnalis scientia. q̄ ipsa sit in rōne
vel a rōne inuenta. hoc em̄ est cōmune omnisciencie. sed vi rōnalis

Dosteriorū

Ho. II.

quia dirigit rationē et eius operationes et actus ne tatio errare posse
¶ Sequit̄ Correlarie scđo q̄ necesse fuit inuenire sciā logice. Rō
q̄ ipsa dirigit rōnem nostrā et intellectū ne erraret in operationib⁹ su⁹
is. ¶ Sequit̄ Correlarie tertio q̄ recte logica dī ars artiū, et sciē
scientiarū. ipsa em̄ dirigit actus nostre rōnis a quo oēs artes et scie
pedunt. ¶ Sequit̄ Correlarie quarto q̄ fm̄ diversos actus rōnis
noſtre, diſtinguiſ apud aristotile p̄ea et libri logice. vt em̄ dictus
est primā operationē rōnis noſtre dirigit sciā pdicamentorū. ſecondā
ſciā libri p̄ihermenarū. tertia operationē intellectus et rōnis dirigūt
ſciē librorū noue logice r̄c.

Notandum est tertio ſcdm in /

tencionē doctoris Thome in cōmento p̄imi posteriōrū. Actus rōnis
quoddāmodo ſilēs ſunt acībus nature. Unde et dī ſcdm p̄iſcorum
Actus que a rōne eſt ſequit̄ et imitat naturā. Sic ergo in acīb⁹ na
ture triplex eſt gradus et diuersitas, ſic et in acīb⁹ et operationib⁹ rō
nis. Primus em̄ actus nature eſt fm̄ quē naſa necessario et infalli
biliter agit, et in quo nunq̄ deficit ut ſolem oriri quolibet mane et
diē fieri. ſic em̄ deus glorioſus iſtituit q̄ eſt auctor nature et fac̄or.
Scđa actus nature eſt fm̄ quē natura agit ut in plurimū et freq̄
ter ut in estate fieri calorē et in hyeme frigus. Huius em̄ caloris eſt
pter appropinquationē ſolē ad nos, qđ fit in estate. In hyeme ho
aut̄ ppter ſolis a nobis remotionē frigus cauſat. hoc tñ non ſemper
necessario et infalliblē contingit. Cū em̄ in estate ſol saturno cōlun
git. calor eſtatis remittit. ſic et in hyeme cū mars dominiū obtinet
frigus hyemis tpatur ut dicunt astrologi r̄c. Tertius actus naſe eſt
fm̄ quē natura agit ut raro. ut eſt monſtronū produccio. monſtro
rū em̄ produccio eſt a fortuna et cauſa. Casus aut̄ r fortuna ſt̄ in his
que raro eueniunt ut dicunt ſecundo p̄iſcorū. et extra ſemper et fre
quenter. Ex ſemine em̄ hominis ut in plurimū generat hoſto p̄ea
ctus. in vna manu quinq̄ dīgitos habēs. contingit tñ aliquā ſemine
generari cū ſex dīgitis in vna manu. cū materia ex qua generat ho
mo eſt multa. vel etiā genera hoſto cū pauciorib⁹ dīgitis q̄b⁹ qinq̄.
cuz materia eſt pauca. Sic conformater in acīb⁹ rationibus huius
triplex reperiſ gradus et pcessus. Primus em̄ processus necessita
tē et certitudinē infallibiliter generat et inducit. in quo idon eſt defe
ctus veritatis. et per hunc pcessum generat ſcientia. que eſt cogni
tio certa vera et infallibilis. pars itaq̄ logice que eſt de tali pcessu
iudicatiua dicit. Judiciū em̄ ut inquit Licero eſt cognitione rei cum

certitudine. hec aut certitudo sit per resolutionē rei in principia sua
Certitudo aut habita per talē resolutionē v' est de forma syllogismi
tm̄. es ad hanc ordinat scia libri priorū in quo determinat de syllogis-
mo et eius speciebus alijs absolute et simpl'r. Uel talis certitudo ha-
bet per resolutionē syllogismi in materia suam scz qz assumunt p̄s
necessarie per se et vere et v'les. et ad hoc ordinat scia libri posteriorio-
rū. demonstratio em̄ est ex veris necessarijs et vniuersalib⁹ vt diceat
Inferius. Scds actus rōnis est fm̄ quem ratio vt in plurimū verū
concludit non tm̄ de necessitate. et de isto pcessu est alia pars logice
que dvinuentia. Invenit em̄ vt dt̄ Cicero non semper est cū certi-
tudine. et hec est scia topicorū. In scia em̄ librorū topicorū docet de
syllogismo dialectico qui ex pbabilitib⁹ pcedit. pbabile aut non est ne-
cessariū. Dicit em̄ pmo topicorū. Probabile ē quod omnib⁹ aut plus
rib⁹ aut maxime sapientib⁹ videt̄ esse verū. vt omnis mater diligit fi-
liū. Tertius actus rōnis est fm̄ quem vt in quo ratio nostra deficit
pter defectū alicui⁹ pncipij quod in tali pcessu obseruandū erat.
et de tali est scia libri elencorū. In scia em̄ libri elencorū ostenditur
quo paralogismi in materia et in forma peccantib⁹ vident̄ cōcludere
et non concludit. vt hic sit peccatum in materia. Quicqđ non perdidi-
cti habes. sed cornua non perdidi. ergo cornua habes. Maior em̄
simpl'r est falsa. patz in sili. decem em̄ oculos nunqđ perdidi. et tamē
decem oculos nunqđ habui. Silt cum arguit. Quicqđ berti emisti
hodie comedisti. sed carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas
hodie comedisti. Non valer. qz sit p̄cīm̄ in forma. mutat em̄ quid in
quale. et sic cōmittit fallacia figure dictōis. paret igit̄ quō actus ra-
tionis aliquo mō sil'es sunt acibus nature. Hec Thomas.

Notandum quarto et ultimo.

Pro intelligētia hui⁹ quo scia libri priorū et posteriorū iudicatiā dr.
Scim̄ p̄tudicij certū de effectu aliquo haberi non p̄t. nisi ipse re-
soluat scia principia et causas. Unde Judicare est effectū de quo
sit iudicatiū in hī pncipia resoluere. ex qbus sit et per que cognoscit̄.
Unde et ppter hec scia iudicatiū resolutiā dr. tam em̄ scia libri
priorū qz posteriorū docet resoluere. licet differenti modo fm̄ qz dus-
plex est resolutio. quedā em̄ est resolutio p̄sequētie syllogistice in pnci-
pia materialia syllogismi ut sunt termi et p̄p̄s. et in pncipia forma-
lia ut s̄ modus et figura. et in pncipia regulatia qz sunt dici de omni
et dici de nullo. Et de ista resolutiōe derermiatur in libris priorū in
quibus aristotiles docet resoluere syllogismū in suas p̄missas ex qbus

conſtat et componit. Alia autem eſt reſolutio conſequētiſ ſiue rei pœloſe. hoc eſt conſclusionis ſcīte. in p̄ncipia ſua per que de moſtrat et p̄batur ut in p̄miſſas. et de iſta reſolutioſe determi naſ in libriſ poſteriorū rbi doceſt reſolutio coſclusionis ſcīte in p̄miſſas p̄ quas probat et de moſtrat. Ande et diceſt iñferi⁹. ſcīre eſt rem p̄ cām agnoscere. ¶ Sequit̄ Correlarie p̄mo q̄ duo ſunt libri nove logice ip̄ditiaſes reſolutorij vel analetici qđ idē eſt. ſcīz liber priorū et liber poſteriorū licet diuerſimode ut diſcū eſt. Dicſt autem analeticoſ ab analetiſ grece quod eſt reſolutio latine. ¶ Sequit̄ Correlarie ſcīdo q̄ licet duo ſunt libri reſolutorij vel analetici. hoc tñ diuerſimode. liber em̄ horū eſt de reſolutioſe prima et ideo cōpemēter dī priorum. Scīa autem libri poſteriorū eſt de reſolutioſe ſcīda et poſteriori. et ergo cōueniēter dī poſteriorū. Scīa em̄ libri poſteriorū doceſt reſoluere coſclusionē ſcīam in p̄ncipia ſua p̄ que de moſtrat. que reſolutio p̄ſupponit p̄mā qua reſoluit ſylogiſm⁹ in ſua p̄ncipia materialia et formalia. ſylogiſmus em̄ de moſtrati⁹ debet eſſe in modo et figura et maxime in p̄ma. ut diceſt iñferius. ſilr ſylogiſm⁹ de moſtrati⁹ regrit p̄miſſas q̄ ſunt eius materialia p̄ncipia. Iſtis notabilibus ſic ſtantibus eſt.

Conclusio reſponsalis iſta Si

logiſmus de moſtrati⁹ eſt ſubem̄ attributioſ ſcīe libri poſteriorū. Probaſ. Illud eſt ſubem̄ ſolitus ſcīe quod eſt pri muſ et p̄ncipale in tali ſcīa conſiderati⁹. et ad quod omnia hñt ordinē et reducioeſ. Sed ſylogiſmus de moſtrati⁹ eſt hñt. Igit̄ ſylogiſm⁹ de moſtrati⁹ eſt ſubem̄ in ſcīa libri poſteriorū. Maior eā aristoteliſe p̄mo poſteriorū. In omni em̄ ſcīa datur vnu pri muſ quod eſt metruſ et mensura oīm ſequentiū. Minor p̄t̄ ex p̄cessu aristoteliſ in libri poſteriorū. q̄ omnia conſiderata in ſcīa libri poſteriorū reducit ad ſylogiſmuſ de moſtrati⁹. Intendit em̄ hic aristoteliſ tradere et doceſt quō ſcīa acq̄riſt in nobis de nouo. hoc autem fit per ſylogiſmuſ de moſtrati⁹ quare coſclusio vera. ¶ Sequit̄ Correlarie p̄mo q̄ ſcīa libri poſteriorū nobilitate et dignitate p̄cedit alias p̄tes logice. p̄t̄. Iuxta em̄ aristoteliſe p̄mo de aia vna ſcīa eā nobiliſtor et dignior altera duobus modiſ. Primo rōne obieciſ. q̄ ſcīz eſt de ſubiecto nobiliſori. conſtat atq̄ ſcīa libri poſteriorū eſt de ſubiecto nobiliſori et digniori q̄z alie par tes logice. Eſt em̄ de ſylogiſmo de moſtrati⁹ q̄ eſt nobiliſtor b̄mniſ. alia ſylogiſmuſ. in eo em̄ eſt neceſſitas p̄ntile et etiā p̄ntis. etiā ei⁹ finis eſt nobiliſtor finis q̄m alioſ ſylogiſmuſ. finis eſt ſylogiſmuſ de moſtrati⁹ eſt q̄nare ſcīam. finis autem ſylogiſmuſ dyaleticī eſt opinio.

Liber Primus

ut si primo elencoru. modo scia est nobilior opinioni ut pbat pmo posterioru versus finē. Si ergo una scia est nobilior alia rōne modi pcedendi. qz scz ex certioribz pcedit. isto mō etiā scia libri posteriorū est certior alijs pribz logice. pcedit em ex necessarijs et pmissis veris q marime sunt certa. Alij aut sylogismi pcedit ex phabilibz aut ap parēter veris. ¶ Sequit Correlarie scdō q scia libri posteriorū est necessaria et utilis. ptez qz dirigit intellectū et rōnem in demonstrādo et scie acq̄sitoē. Scie aut acq̄sitoē est utilis et necessaria. est em pfectio intellect⁹ quā oēs hoies natura scire desiderat ut si pmo meta phīce. ¶ Sequit Correlarie tertio. q scia libri posteriorū est utilis ad alias scias acq̄rendas. ptez qz ipsa docet q̄ sit dēmonstranduz et ex quibz et qualibz debet esse dēmonstratio que sciam gnat et cau sat. mō quelibet scia docet ea q p̄siderat et eorū sciam tradit. et etiā finis om̄m sciarū ē scire. solus aut sylogism⁹ demonstratiu facit scire ¶ Arguit pmo. sylogism⁹ demonstratiu nō est subcm scie libri posteriorū. pbatur qm̄ subcm est scibile. sed sylogism⁹ demonstratiu nō est scibilis. lgit. Maior est aristotelis pmo posteriorū. subcm em̄ scie est illud sub cui⁹ scibilitate oīs considerata in scia aliqua sciu pur et intelligunt. Minor qz om̄e qd̄ scitur hoc scit per dēmonstraciōnē. si ergo sylogism⁹ demonstratiu sciret tūc sciret per dēmonstraciōnē. et ista dēmonstratio iterū sciret per alia dēmonstratiōnē et sic qn̄ ter. et sic eēt pcessus in infinitū qui est phīctus ab aristotle seccō metaphīce. concludit ergo q de sylogismo demonstratiu nō est scia nec erit subcm scie libri posteriorū. ¶ Dico verū argumentū conclu dit q de dēmonstratiōe in cōmuni acquirit scia q demonstrationē in p̄ticulari accepta. qua vtrum dēmonstrādo aliquā passionē de sublecto. Nec sic. q pcessus in infinitū. q de illa dēmonstratiōe in esse p̄ticulari nō demonstrat aliquid passio. nec de tali habet scia. Dicit em. vij. metaphīce Singulariū nec est dīo nec demonstratiō. ¶ Arguit scdō. De sylogismo dēmonstratiu nō est scia ergo sylogism⁹ demonstratiu nō est subcm hui⁹ scie. pbat aīs. Om̄is scia vel est iudicatiā vel inuētiā. sed scia libri posteriorū nec est iudicatiā nec inuētiā lgit. Maior est Boetij pmo topicorū. Minor qz nō sit iudicatiā pbat. scia iudicariā est resolutio. sed scia libri posteriorū est cōpositio. lgit nō est iudicatiā. Maior ē Boetij pmo topicorū. Minor est ex p̄cessu aristotelis. Aristociles em̄ hic in pmo posteriorū ostendit ex quibz et qualibz debet esse sylogism⁹ dēmonstratiu. Sed q scia libri posteriorū nō sit inuētiā est sīnia Boetij pmo topicorū. et pbat rōne. Illa scia q est inuētiā nō est semp cū certitudine. sed scia libri

posteriorū semp est cā certitudine, demonstratio em̄ debet esse ex necessarijs et ex his que non p̄nt se aliter habere. Dico vñm ar̄itum cōcludit q̄ scia libri posteriorū est de cōpositōe syllogismi demonstratiui. sed ibi nō est statutus, sed ultra sit resolutio syllogismi demonstratiui in p̄ncipia sua ei p̄missis, ex quibus demonstratio componit, p̄qz ergo q̄ scia libri posteriorū finaliter est resolutoria.

Arguit tertio. Syllogism⁹ demonstratiu⁹ non est subcm̄ scie libri posteriorū igit̄, p̄bat aīs, idem non est subcm̄ et instrumen̄ tu alicui⁹ scie et artis. Sed syllogism⁹ demonstratiu⁹ est instrumen̄ tu quo acquirit scia hujus libri, ergo nō est subcm̄. Major est nota q̄ subcm̄ est p̄ncipale intentu⁹ in aliqua scia, instrumentu⁹ aut nō est p̄ncipale intentu⁹, sed instrumentu⁹ est illud sine quo nō Minor probabit inferius cū diceat q̄ syllogismus demonstratiu⁹ vel demonstracō est syllogism⁹ factus scire. Dico verū argumentu⁹ cōcludit q̄ demonstratio in p̄ncipali est instrumentu⁹ quo acquirit scia hui⁹ libri, sed cōclusio vult q̄ demonstratio in tōl siue syllogism⁹ demonstratiu⁹ in cōi sumpt⁹ est hic subcm̄. Sequit Lorelarie q̄ nō est inconueniens idē esse instrumentu⁹ alicui⁹ artis, et etiā illud qđ acquirit p̄ calam arte et sciā, sicut p̄z de malleo in arte fabrili q̄ est instrumentu⁹ quo oīa fabriliq̄ fūt et malleua etiā vetus est cā alterius.

Arguit quarto. Syllogism⁹ demonstratiu⁹ nō est subcm̄ in scia libri posteriorū igit̄, p̄bat aīs, subcm̄ scie debet esse illud ad qđ oīa cōsiderata in scia hñt attributione, et ad qđ oīa reducunt, sed nō oīa cōsiderata in scia libri posteriorū hñt reductionē et ordinē ad syllogismu⁹ demonstratiū, igit̄ syllogism⁹ demonstratiu⁹ nō est subcm̄ scie libri posteriorū. Major ē aristotelia p̄mo posteriorū. Minor q̄ bic determinat de syllogismo sylgrapho siue doctrina disciplinē, q̄ non hñ ordinē ad syllogismu⁹ demonstratiū, est em̄ p̄uatio syllogismi demonstratiū ut dicit̄ inferi⁹. Dico verū ar̄itū cōcludit q̄ syllogism⁹ sylgraphus vel ignoratiū licet nō hñ reductionē verificatiū ad syllogism⁹ demonstratiū, nō reducit ad eū sicut p̄uatio ad suum hñt. Et aut syllogism⁹ sylgraphus q̄ opponit syllogismo causante scia, ut nulla ratione ē risibile oīa homo ē aīal rōnale ergo nullus hñ est risibilis.

Arguit q̄nto. Syllogism⁹ demonstratiu⁹ nō est subcm̄ scie libri posteriorū igit̄, p̄bat oī subcm̄ scie debet esse qđ vñū, sed syllogism⁹ demonstratiu⁹ nō est qđ vñū igit̄ major ē aristotelia p̄mo posteriorū scia em̄ capit unitatē a subcō ḡopozit̄ q̄ subcm̄ scie sit quoddā vñū. Nihil em̄ dat qđ nō hñ vñū p̄mo elencorū. Minor q̄ syllogism⁹ demonstratiu⁹ includit p̄missas et cōclusionē, modo p̄missa et conclusio non sunt vñū, bñt em̄ se ut cā et effect⁹, modo cā et effect⁹ nō s̄t idē.

Liber

Primus

Dico verū argumentū concludit q̄ p̄misse et cōclusio fm se considerata nō sunt vñū simplr. tñ cōsiderata vt vniunct formāl p̄ vnaꝝ formā vt notā illatōis. et vt ordinant in vñū fine sic sunt vñū fm aggregationē et hoc sufficit. vnde et p̄mo posteriorū dī q̄ non sp̄ oportet subcīm scie esse vñū simplr et vnitate vniuocatōis. sed sufficit q̄ subcīm scie sit vñū vnitate vniuocatōis vel analogie. vt pat̄z de enceq̄ est vñū vnitate analogie et est subcīm metaphysice.

Arguit sexto. Syllogism⁹ demōstrati⁹ nō est subcīm scie libri posteriorū igit̄. pbat. Subcīm scie debet esse primū in illa scia in qua est subcīm. sed syllogism⁹ demōstrati⁹ non est primū in scia libri posteriorū igit̄. Maior ē aristotilis p̄mo posteriorū. subcīm em̄ est pri⁹mū in scia sub quo oia alia cōtinent. Minor p̄ ex pcessu aristotilis p̄usēm aristotiles deteriat de p̄cognitib⁹ s̄līr de scire et postea diffinīt demōstrationē. Dico fm arntū cōcludit q̄ subiectū scie debet esse primū p̄mitate intēctionis. et non p̄mitate ordinis vel traditōis. syllogism⁹ itaq̄z demōstrati⁹ est primū in ista scia p̄mitate intēctionis. est em̄ syllogism⁹ demōstrati⁹ p̄ncipiale intēctū in scia libro

Arguit septio. Scia librorū posteriorū nō est iu⁹ rū posteriorū. dicaria. pbat. Judicare est resoluere effectū in suā cām. sed resolute⁹ p̄met ad intellectū speculati⁹. sicut p̄ponere ad intellectū practicū. scia aut̄ libri posteriorū non est scia speculati⁹ sicut et tota logica. Maior est nota ex dictis s̄līr minor. Quāt̄ tota logica non est scia speculati⁹ p̄ ex dēteriatōe doctozis sancti q̄ tener totū triviu⁹ ēē praeticiū. vt hoc pbat Brādeu⁹ sup̄ veterē artē. Dico q̄ scia libri posteriorū est speculati⁹ poti⁹ q̄ practica. Et si aliquā autores logica direx̄t esse sciam practicā hoc nō est fm esse sed fm modū tm̄. tñ vtrū logica sit sciam speculati⁹ vel practica non p̄tinet ad p̄positū.

Arguit octavo et ultimō. Scia libri posteriorū nō est necessaria ad dirigen⁹ rōnem⁹ igit̄ dīcta nō valēt. pbat aīs. Ratio vel intellectus nō p̄t errare igit̄. pbat ana autoritate aristotilis tertio de aīa cī dī. Inq̄. Icc⁹ solū est veroz̄. Et p̄mo ethicorū dī q̄ p̄t semp̄ depecat ad optimā. concludit ergo q̄ intellectus vel rō non p̄t errare in operationib⁹ suis. et p̄ q̄ns scia libri posteriorū nō dirigit intellectū in demōstrādo. Dico fm arntū cōcluīt q̄ intellect⁹ semp̄ est veroz̄ fm est in opatōe sua p̄ma que est simplitū intelligētia. Scia aut̄ libri posteriorū attinet ad tertīā operationē intellectus in qua intellect⁹ errare p̄t et deuolare. Et s̄līr dīcat q̄ ratio depecat ad optimā verū est p̄ se et ēm se. et fm eius p̄tem sup̄lorem⁹. tñ per accīs et fm p̄tes inferiorē errare p̄t vt hoc ostendit in p̄mo ethicorū.

• **D**nis doctrina et omnis disciplina intellectus
et sua ex persistente sit cognitio. **M**anifestum
autem est hoc speculatibus in omnes scientias.
Mathematice enim scie in hunc modum fiunt. et
alia unaquaque artium. **S**imiliter autem et circa ordes que per sy-
logismos et que per inductionem utrumque prius nota faciat do-
ctrinam, hec syllogistiche quidem acclivites tantum a notis. Ille vero
demonstrantes universaliter per id quod manifestum est singulariter. **S**i
militer autem et rhetorice persuadent. aut enim per exempla quod est in-
ductio, aut per enthymema quod ferre est syllogismus.

Autem ois doctrina et ois disciplina intellectua fiat ex persistente co-
gnitio. Pro intellectu questionis more Notandum est primo quod postquam arti-
stiles in libro priorum determinavit de syllogismo simpli dicto quo ad
eius formam et in libris elencorum de syllogismo agi. et in libris consi-
pliciorum de syllogismo probabili. Nunc quoniam in libro posteriorum determinas
de syllogismo demonstratio quod ceteris syllogismis dignior existit. In pri-
mis itaque aristotiles in principio huius libri duas antiquorum destruxit
opiones. unam Eraclitum qui simpli negabat sciendam de rebus et dixit quod nihil
scirem propter continuam mutabilitatem rerum. Arguebat enim Eraclitus sic.
Scia debet esse eorum quod necessaria sunt. et quod subiectum immutabile. sed
omnis entia et principia naturalia sunt in continua transmutatione et variatione. et quod
ipsa de rebus naturalibus non est scientia. Malorum nota et patet in inferius
Minor quod entia naturalia sunt et coencipiunt materia. materia autem est pri-
cipium et radix variationis et mutabilitatis. unde etiam Eraclitus propter
mutabilitatem rerum amplius loqui noluit sed tamen dico demonstrauit. ut
sermo suus formis esset res. Dicit etiam quod non esset idem bono hodie. quod fuit
hier. et quod idem bono non possit intrare eundem fluuium bis. hec autem posiclo.

Item quoniam
1637
C. J.

Liber Primus

Simplē falsa est intellect⁹ em̄ nōst̄r̄ naturālē inclinat ad scia⁹ de rebus h̄ndam. vñ et p̄mo metaphysice dī. Dēs hoies natā scire c̄side⁹ rāt. Et Cicero p̄mo officiorū dixit. Cupiditatē scie oēa trahimur et ducimur in qua excellere pulcrū putam⁹. labi aut̄ et nescire turpe dī c̄m⁹ et malū. Natālē itaq; desideriū in intellectu nōstrū nō p̄t esse f. iusta. et dī et natā nūbil faciū fruſtra ut dī p̄mo cel⁹ et tertio de s̄l⁹ et p̄ p̄n̄ possiblē ē nos aliquid scire. Cōcludit ergo q̄ posicō Eracliti est fā et erronea. Scđo aristotiles reprobat opinione Platōnis q̄ cōcessit noīa aliquid scire. sed dixit q̄ nōstrū scire nō esset in nobis de nouo p̄ syllogismū demōstratū: sed dixit q̄ h̄cquid scim⁹ hoc p̄us p̄scivim⁹. dicitq; q̄ nōstrū scire nō est aliud q̄ antiquorū remis̄ nōsc̄i. Ut em̄ oñdī doctor scūs hic in p̄oblemo plato voluit q̄ scia in nobis nō causat ex syllogismo demōstratio. sed ex im̄p̄ssione forma rū ydealiū in aīas nrās. Voluit enī plato q̄ sicut est in p̄ductō for morū naturaliū in materia. sic p̄formiter est de p̄ductō formarū in tellectualiū et intelligibiliū in intellectu nōstro. ab ydeis aut̄ separatis fin platonē efflūnt forme natāles in materia. agētia em̄ natālia finē solū materia disponit et ipsa disposita datur. formarū fin merita materie formā in materia ponit et im̄p̄mit. unde et dixit formas na turales esse p̄cipiatōes quas das formarū a materia separari. Sic p̄formiter iñ intellectu nōstro et aīab nōstris dixit scia⁹ causari ab ydeis separatis diuis⁹. posuit eti⁹ ylo vt de Egdi⁹ aīab nrās scia⁹ eē ycreata et q̄ ipē a sua creatōe plene ēēt scieris rerū. sed cū aīa infundit in corp⁹. ppter moles corporis et grossitiē obliuiscit oīm illorū q̄ anteā sciuīt. p̄ studiū aut̄ et frequēs exercitiū nōstrū imp̄edimēta scie remo uent. et sic aīa iterū mēorat illorū q̄ anteā sciuīt. posicō tñ hec plato nica lat. dī et inferi⁹. bāc etiā positionē plonīca aristotiles remouit et im̄p̄bat in p̄ncipio et iñ mūlē locis p̄fie vt lat⁹ diceat circa p̄clōs.

Potandū scđo q̄ aristotiles

Ki p̄ncipia būi⁹ libz̄ q̄tuor oñdī p̄cipue. Primo em̄ vt dīm̄ ē reprobat dīas posicōes fās antiquorū Eracliti et Platonis. In eo q̄ dīxit oīs doctrina et oīs disciplina reprobat opinione Eracliti. In eo aut̄ q̄ dīxit. sit ex p̄sistēte cognitōe. reprobat posicōne plonīs vt dīcet inferi⁹. Scđo arist. oñdī q̄ an cognitionē demōstratiōis q̄ quā ac q̄rit scia de nouo iñ nobis op̄petet tria ēētus nota. et hec vocat p̄cognitā. vt est subcm̄ passio et dignitas. Et oñdī lītr q̄ de istis reb⁹ due babentus p̄cognitionēs. sc̄z quid est et quā est. Tercio ostendit art̄ factiles quemō p̄emissū in demonstratiōe nō equaliter p̄cognoscuntur.

Cognitio em̄ maioris p̄cedit cognitionē conclusiōis natura et tpe simul. Cognitio vero minoris cuz minor est debite subsumpta sub maiori solū natura p̄cedit cognitionē conclusiōis et non tpe vt p̄ba tur inferius. Quarto aristotiles oñdit q̄ cōclusio ante demōstratiōne qđem scitur in ḡne et fm̄ quid et non simpl'r. sed p̄st demon strationē scitur pfecte simpl'r et completere. De omnib⁹ istis dicit̄ in questiōib⁹ sequētib⁹. Pro latiori traqz intellectu pris p̄me sc̄z quō in nobis ois doctrina et disciplina sit de nouo p̄ syllogismū demon stratiū Sc̄m q̄ ista tria doctrina sc̄ia et disciplina idz sunt in re et māterialr dr̄nt tñ rōne et formaliter. vna em̄ et eadē notitia p̄clu sionis dīci p̄ doctrina sc̄ia et disciplina. Inquantū em̄ cognitio ali cui⁹ conclusiōis firmiter est radicata in aia et quiescēs in ea sub ha bitu et quiete dicit̄ sc̄ia. Unde et arist. in antep̄itis dicit. Omnia sc̄ia est in aia sicut color in corpe. Et tertio Ethicop̄ ostendit q̄ sc̄ia est h̄icis intellectualis in intellectu exīs. Notitia aut̄ conclusionis doctrina dī in quantū ab informatore p̄cedit et doctore. Eadē erit̄ notitia cōclusionis disciplina dī que cū illi discipulū recipit qui notitia conclusiōis addiscit quā prius ignorauit. Illa em̄ sc̄ia que est in intellectu informatoris p̄ applicationē debita principiop̄ recipit in discipulū. Quēadmodū et dicim⁹ q̄ eadē forma que est in agente et fluens ab eo recipit in passum ut ostendit tertio ph̄icorū.

Notandum est tertio q̄ scien
 tia acquirit̄ a nobis fm̄ aristotile primo elencorū duplēi mō. Primo p̄ inventionē p̄p̄ia sc̄z cū aliquis ex ingenio p̄p̄io aliquā sciam inuenit̄ quo antiqui ph̄i vt dicit̄ secōdō metaphysice m̄rābilis nature considerat̄ causas eorū q̄ circa solem et lunā et cetera astra vides bāt fieri inquirebat. in qua inquisitiōe vnū compabād̄ ad aliyd et p̄ id quod fuit not⁹ ad cognitionē ignorioris p̄uenierit. Secōdō ecq̄s rit̄ sc̄ia in nobis p̄ doctrinā et studiū ab aliquo. Nihil em̄ dicit̄ se lpm̄ de poñā ad actū vt dicit̄. ix. metaph. Sicut ergo intelligētia su perior illuminat inferiorē sic visus h̄omo docet alii. Nos duos mos dos addiscendi arist. tertie primo elencorū cuz dicit. Omne qđ q̄s scit aut nouit p̄ se inueniendo aut ab alio addiscēdo. Ad p̄p̄iū modū acquirendi sciam sc̄z per se inueniēdo maxime deseruit visus q̄ multas rerū differētias nobis ostēdit vt dicit̄ primo metaph. Ad se cundū aut̄ modū acquirēdi sciam sc̄z ab aliquo addiscēdo maxime deseruit audir⁹. diuerlo ergo modo vt deducit Egidius sc̄ia acquirit̄ per inventionē p̄p̄ia et per informationē ab alio. Per inventionē em̄ p̄p̄ia sit a doctore intrinseco sc̄z ab intellectu agente q̄ applicat

Liber Primus

principia naturaliter cognita ad conclusiones, ex qua applicatio*nē* intellectus possibilis accipit cognitionē conclusio*nē*. Vnde et intellectus agentē Linconiensis p*ro*p*ri*mo posteriorū dixit esse verū docto*rē* q*uod* mente incertus illuat et veritatē ostendit. Scia autē que acquirit p*er* studiū ab aliō. illa acquirit a doctore extrinsecō q*uod* applicet debite p*ri*ncipia q*uod* p*ri*ncipiat*a*. causam ad effectū. et qua applicatio*nē* determinatorū p*ri*ncipiorū ad determinatas conclusiones acq*ui*rit et g*ra*uit scia in discipl*o*.

Notandum quarto et ultimo.

Ad intelligentiā p*re*factā hui*us* q*uod* aristotilea. Et in p*ri*ncipio. Omnis doctrina et o*mnis* disciplina sit ex p*er*existēti cognitionē. Scim q*uod* virtus cognitiva in nobis est duplex. una est sensitiva que sensus d*omi*n*is*. et alia intellectua que intellectus appellat*s*. Cognitio intellectu*s* est que sit per intellectu*m*. et hec est duplex quedā cōplexa et quedā incōplexa. Incōplexa cognitione intellectu*s* est qua intellectus speculat nūdā quiditatē rei s*im*ilis se et absolu*tē*. et hec cognitione est in p*ri*ma operatio*nē* intellectus. et h*oc* cognitione incōplexa intellectus originalis sit ex cognitione sensitiva p*re*cidenti. vnde et d*omi*n*is* tertio de animalib*e* p*ro*p*ri*mo est in intellectu p*ri*mo p*ro*p*ri*mo fuisse in sensu. Q*uoniam* em per lumen intellectus agentis forme rerum intellectibiles in fantasmatē obumbrare irradiant ipse in intellectu possiblē ingerunt qui cu*m* factus est in actu rea et rerum q*uiditatis* intelligit et apprehendit. Et hec cognitione intellectus nō debet dici doctrina. q*uia* sit sine discursu. sed b*ea* simplex apprehensio rei et absolu*tē*. Sed cognitione intellectus est cōplexa ut est cognitione p*ri*ncipiorū demonstratio*nē* vel etiā conclusionē demonstratio*nē*. et hec est in tertiā operatio*nē* intellectus vel in terria. Si enim p*ro*p*ri*missas sit*ur* conclusionē s*im*ilis se et absolu*tē* apprehendim*us* hoc sit p*er* compositionē et divisionē que est operatio scđa intellegens. Si vero p*ro*p*ri*missas ad inuicē iungimus ex eis cōclusionē demonstratio*nē*. sic est operatio terria intellectus que vocat discursus. Cognitio ergo cōplexa p*ri*ncipiorū sit p*er* cognitionē terminorū per viā sensus mēorē et experimēti. Sed cognitione intellectus conclusio*nē* n*on* sit ex p*er*existente cognitione p*ri*ncipiorū in quibus p*ri*ncipia conclusiones p*re*cipiunt*s* in v*er*itati. Cognitio autē sensitiva est q*uod* sit p*er* sensum. et illa est duplex s*im*ilis sensus ē duplex q*uod* em est cognitione sensitiva interior q*uod* sit p*er* sensus interiores q*uod* s*unt* q*uoniam* sensus cōsiderationis mēorē fantasias et estimati*nē*. ut dicunt secūdo de anima. Et hec cognitione sensitiva interior sit per cognitionē p*ri*mlam sensu*m* exterior*m*. per sensus em exteri*m* sp̄es et similitudines rerum deuenient ad sensus interiores. Alia autē est cognitione sensitiva exterior que sit p*er* sensus exteriores qui

Posteriorum Fo. VII.

eritam sunt quinque ut dicit secundo de anima. Uissus auditus gustus odoratus et tactus. Huius sensus exteriores dicuntur porte et fenestre cuiuslibet cognitionis. Unde et scriptura dicit. Mors per fenestras intravit. Et hec cognitionis sensitiva nullatenus alia cognitione presupponit. sensus enim exteriores immediate mouent ab objectis suis ut declarat secundo de anima. Sequitur Correlarie per sola notitia intellectua dicit doctrina vel disciplina licet non quilibet. pars correlarii per soluam notitia intellectua conclusionem sit per discursum a principiis ad principiata. Cognitionis enim intellectua principiorum non sit per discursum sed sit ex cognitione preuit terminorum. Cognitionis autem sensitiva tam interior quam exterior sit sine discursu. Iстis notabilibus sic stantibus est.

Conclusio responsalis ista.

Omnis doctrina et omnis disciplina intellectua conclusionem sit ex pre-existenti cognitione principiorum. Hanc conclusionem aristotiles in tertio probat exemplariter tribus modis. Primo probat conclusionem in scientiis realibus mathematicis et deinde per omnis doctrina et omnis disciplina in scientiis mathematicis que reales sunt taliter sit per notitia intellectua conclusionis sit ex persistente cognitione principiorum ut est in arithmeticis et geometriis. Nunquid enim geometria probat per omnes triangulos habet tres angulos euales duos rectis. nisi ex principiis certis et veris ut ostendit primo elementorum enclidis. Sic et arithmeticus nunquam probat per omnes numerus est par vel impar nisi ex persistente cognitione principiorum ut ostendit Boetius in arithmeticis sua. Tertius aristotiles de in tertio. Manifestum autem est hoc speculandum in omnibus mathematicis enim scie per hunc modum fiunt et aliam unquamquecumque artium. Secundo aristotiles probat hanc conclusionem in scientiis sermonalibus probabilitate incedendo cuiusmodi sunt scie dialeticae. De tertius enim duplice via suu propositum probat. Aut per inductionem assumendo singularia et inferendo vel. Inductio enim ut Boetius voluit est processus a singularibus sufficienter enumeratis ad eius velim. Uel trius dialeticus procedit syllogistica accipiendo primissimas et inferendo conclusionem. quibus autem istorum modorum sit ex persistente cognitione. Tertio probat aristotiles conclusionem hanc in scientiis sermonalibus cum persuaderetur cuiusmodi sunt rhetoricae. Rhetorica enim finis est persuadere. Et hoc sit duplicitate vel per exempla que sunt quedam inductio. Aut per enchirionem quod est fere et imperfectus syllogismus. Exim primi. Reubarbarum curauit hinc febricitatem et reubarbarum curauit aliud febricitatem ergo etiam reubarbarum curabit oem febricitatem febre tertiana. Exim secundi

*Sic ut
propositio
probatur
notitia
geometria
coincidens
arithmeticus
nunquam*

*per
ratiocinatio
logica*

B. 3. 9

Liber Primus

Ista die fuit rubedo matutina ergo ista die fiet pluua. Rōne autēz
gīali pbaꝝ concilio sic. Sicut se res h̄z ad esse sic se haber ad coḡsc̄i
sed concilio haber esse ex pmissis ergo etiā concilio haber cognosci ex
pmmissis. Major aristotilis sc̄do metaph. vbi oñdit q̄ eadem s̄t p̄n
cipia essendi et cognoscēdi. Minor est aristotilis p̄mo posteriorum
vbi oñdit q̄ pmisse cōpant ad p̄clonē taz in gīe essendi q̄ cogscēdi

Arguitur primo

Non ois doctrina et disci-
plina fit ex p̄existēte cognitōe. pbatur q̄ si sic sequeret q̄ esset pcessus in infinitū qui est pro-
hibit ab aristotle sc̄do metaph. pbatur aīs q̄ ois doctrina et ois
disciplina fit ex p̄sistente cognitōe. et ista iterū ex alia et sic inter. et
sic p̄cedit in infinitū. Dico vīm arītū concluderet si nō esset stat⁹
In cognitōe sensitiua que est prima oīm. In cognitionib⁹ etiā intelle-
ctiuis est status in cognitione intellectiā terminorū.

Arguitur secundo

Non ois doctrina et dis-
ciplina fit ex p̄existēte cognitōe igit̄. pbatur q̄ vna cognitio nō fit ex alia nec vna cognitōe
est cā alterius cognitōe in intellectu nostro. pbatur ad cognitionē
in intellectu nostro causandā sufficit obiectū intelligib⁹ qd̄ haber
se vt agens et intellectus possibilis q̄ habet s̄c vt pōna passiva. modo
ad actionē sufficit agens et patiens. Dico verū argumentū excludit
q̄ obiectū intelligibile et pōna intellectiā sunt pncipia cognitōe p̄n-
cipalia. alia tñ possunt esse que dispositiōe conturunt ad intellectōe. Et sic etiā inq̄t Egidius sc̄do de anima. q̄ bona dispō in sensib⁹ et ma-
trime interforis est cā bone intellectiā. sensus em̄ est mister intellectus et sic vna cognitio disponit p̄ alia. vt cognitio intellectiā pnci-
piorū est causa cognitōe conclusionis. et cognitio intellectiā termi-
nōe est causa cognitōe effectiā pncipiorū.

Arguitur tertio

Cognitio intellectiua cōclu-
sionis nō fit ex p̄existente cognitōe igit̄. pbatur aīs. cognitio sensitiua non fit ex p̄sistente cogni-
tōe alia. vt declaratū est. ergo etiā intellectus cognitio non fit ex aliis
cognitōe p̄sistente. tenet vna q̄ q̄cqd cōuenit virtutis inferiori hoc
cōuenit virtuti superiori. q̄cqd em̄ potest virtus inferior hoc etiā p̄t
et superior et adhuc plus. Constat aut̄ q̄ sensus est virtus inferior et in
intellectus virtus superior et p̄ consequētiū si sensus non p̄supponit alia
cognitionē et p̄ consequētiū etiā intellectus non p̄supponit aliquā. Dic-
co verū argumentū concludit si ambo essent paria vt dicit Joban-
nes de Janduno. sensus em̄ q̄ est virtus p̄ma cognitiiua in hoīe et

per consequēs nullam aliam presupponit. Intellectus autē non est prima virtus cognitīa in homīe et per hūs aliam presupponit.

¶ Arguit quarto. Cognitio intellectus nō presupponit sensitivā igit̄. p̄bat aīa. q̄de quāto aliqd est digni⁹ et pfectius de tāto min⁹ p̄e supponit. sed intellect⁹ est virtus dignior̄ q̄ sensus. igit̄ virtus intellectus non presupponit sensitivā. Majorē optime se h̄is mult⁹ indiget ut dī p̄mo eet. vnde et ppter hoc deus q̄ est ens dignissimū nichil presupponit. Minor est aristotilis scđo et tertio de aīa Intellect⁹ em̄ est virtus in organica et incorruptibilis. sensus aut̄ est virtus materialis et corruptibilis. mō incorruptibile est digni⁹ corruptibili ut dī p̄mo celi. Dico verū argumentū cōcludit q̄ illud qđ paup̄tiorib⁹ indiget supra se hoc est pfectius ut de⁹ null⁹ indiget supra sē nihil em̄ est poterū a dō. sc̄ dī sensus indiget plurib⁹ supra se. sensus enī exterior indiget sensu interior. et sensus interior indiget intellectu in hoīe. cū sensus errat intellect⁹ debet corrigere iudicium sensus et cū sensus iudicat solem esse bipedalia quāritatis. intellectus debet hec corrigere et dicere solē esse maiore tota terra. Possum⁹ etiā concedere p̄bationē argumēti non vlt sed p̄ticulariter. Miles em̄ paup̄tiorib⁹ indiget q̄ rex. et tñ miles nō est pfectior rege. Hoc est argumentū Pauli de venetijs et eius solutio.

¶ Arguit quinto. Notitia intellectus cōclusiōis non fit ex p̄sistēte cognitōe. pbat q̄ si sic sequeret q̄ cognitio p̄ncipiorū pcederet cognitionē cōclusiōis. mō hoc est fīm. pbatur q̄ p̄us oportet noscere cōclusionē. pbandā et postea querere mediū et p̄ncipia p̄ que talis cōclusio haber pbari. Dico verū argumentū cōcludit q̄ ante p̄bacionē et demonstrationē cōclusiōis oportet p̄us habere notitia p̄cluſionis sed nō pfecta et determinata. q̄ talis acquirit p̄ demonstratiōnē. sed ante demonstratiōne bene habeat cognitio concordis sed imp̄fetta et inḡnialis et incōpleta. Uel etiā possum⁹ dicere q̄ notitia app̄hēsiua cōcluſiois p̄cedit notitiis p̄ncipiorū. sed nō notitia adhesiua. q̄ cōclusioni p̄mo adherem⁹ et assentim⁹ pfecte post eius p̄bationē et demonstrationē ex p̄ncipijs.

¶ Arguit sexto. Notitia intellectus cōclusionis nō fit ex p̄sistēte cognitōe p̄ncipioruz igit̄. pbatur. Omne qđ fit a sibi simili fit ut dī septiō metaphice. sed conclusio et p̄ncipia non sunt similia igit̄. pbatur q̄ cōclusio et p̄ncipia distingunt sp̄cie. mō distincta sp̄cie nō sunt similia. ¶ Paulus de venetijs soluit hoc argumentū et q̄ verū est q̄ conclusio et p̄ncipia nō sunt similia absolute et fīm se considerata. tñ in quantū vñ est cā alteri⁹ bñ sunt similia. oportet em̄ causam et effectū esse similia et p̄portionata.

Liber Primus

¶ Arguit septimo. Doctrina et disciplina differunt realiter igit se cundū notabile nō valet. pbatur aīs. Illa dñt realiter quorū subiecta dñt realiter. sed subiecta doctrine et discipline dñt realiter. igitur etiā doctrina et disciplina dñt. Maior q̄ illa actua q̄ sunt in subiectis recipiunt esse ab eoru subiectis et sic si subiecta dñt realiter etiā illa que sunt in illis subiectis dñt realiter. Minor q̄a doctrina est in informatore et disciplina in discipulo et in addiscente. mō informator et discipulus dñt realiter. Dico verū argumentū cōcludit q̄ eadē notitia fm subam et naturā que est in informatore etiā recipit in discipulū. habet tñ aliud et aliud esse in quolibet isto rū. sicut in simili idem est radius solis in rota solis fm subam et in dēphano vel aere illuminato. Aliud tñ esse habet radius in sole q̄a ppetuū. et aliud in aere q̄ transitorū. **¶** Sequit Correlarie q̄ alia forma exīe in aliquo subiecto si diffundat in aliud nō oportet q̄ illa forma diffusa in diuersa habeat differentiā realem in subiecto et in illo quod diffunditur.

¶ Arguit vltimo. Non omis doctrina et disciplina ex p̄existente fit cognitōe. pbatur. doctrina et disciplina p̄ncipiorū non fit ex p̄existente cognitōe igit. pbatur aīs. q̄r p̄ncipia sunt indēmōstrabilia ut p̄ habetur inferius. Q̄i aut̄ p̄ncipiorū sit doctrina et scīa p̄t̄ autoritate aristotilis inferi⁹ in tertiu vbi reprobat quosdā qui dixerūt p̄ncipiorū non esse scīam. **¶** Dico q̄ hoc argumentū non cōcludit. q̄r cōclusio aristotilis intelligit q̄ omis notitia et disciplina cōclusionis sit ex p̄existente cognitōe et non p̄ncipiorū. **¶** Sequit Correlarie p̄mo q̄ doctrina et disciplina in p̄posito non capiunt p̄prie p̄ acquisitione scientie p̄pter quid. sed capiunt h̄ic ḡnāliter p̄ acquisitionē cuiuscunqz cognitōt̄ alicuius cōclusionis. patet per processum aristotilis qui dñ solū manifestat p̄positum suū in scientijs demōstrativa que faciunt scire p̄pter quid. sed etiā in rhetoricis et dyaleticis in quibus n̄n acquirit scīa p̄prie dicta p̄pter quid.

¶ Sequit Correlarie secundo q̄ cōuenienter dictū est q̄ scīe dyalexis vtunz syllogismo et inductione patet q̄ scīa dyaletica ordinat ad scientias speculativas in quibus p̄pter certitudinē materie possunt summi p̄positōnes vniuersales ex quibus est syllogism⁹ et inducō. **¶** Sequitur Correlarie tertio q̄ cōuenienter dictū est q̄ scīe rhetorice vtunz enthymemate et exemplo. patet. q̄ rhetorica applicat ad actus humanos et scīas practicas in quibus p̄pter materie incertitudinē non possunt semper haberi p̄positōes vniuersales. ideo rhetorica cōuenienter vtū exemplo et enthymemate que ex p̄ticularibus procedunt. **¶** Sequitur Correlarie quarto q̄ enthymēa ab aristotile

bene dicit fere syllogismus et imperfectus, qd in enthymemate deficit
 una premissarū ut patet secundo prior. Dicit autē enthymema ab en
 quod est in et thymos mens quasi argumentū tenens vel seruans
 vñā p̄missam in mente, que p̄missarū exprimit cuz enthymema ad
 syllogismū reducit. Sequit̄ Correlarie quinto cū dicit notitia in
 intellectū sit ex persistente cognitōe sensitīa, ibi ex dt ordinē et habitu
 dīcē cause efficiētis instrumētalis p̄ quanto sensus subseruit intellectui,
 et cognitīa sensitīa rep̄sentat intellectui spēm intelligiblē in
 fantasmatib;. Sequit̄ Correlarie sexto q̄ recte aristotiles facit q̄
 non facit mentionē de artibus mechanicis, q̄ tales p̄prie non sunt
 argumentatiōe in eque besie eo modo quo in eis est discursus tunc
 in ipsis est p̄cessus ex persistente cognitōe. Sequit̄ Correlarie se
 primo et vltimo recte aristotilis facit q̄ in p̄mis destruit opinionēz
 Eraclitī et Platonis, et postea veritatē ostendit, q̄ si cut agēs natu
 rale nō inducit vñā formā nisi corrūpat aliam, dī em̄ p̄mo de ḡnaci
 one. Bñario vnius est corruptio alteri⁹, sic eriā aristotiles nō osten
 dit modū q̄uo scīaz̄natur in nobis nisi p̄us destruat op̄ioes falsas
 sue veritati repugnātes. Nec paulus de venetijs.

Dupliciter autē necessariū est precognoscere. Alia nanc̄ quia
 sunt prius opinati necesse est. Alia vero quid est, qd dicit ins
 telligere oportet. Quedam vero vtraq; ut quoniāz omne aut
 affirmare aut negare verū est, q̄ia est. Triangulū autē quoniā
 hoc quid significat sed vnitatē et quoniā vtraq; quid signifi
 cat et quia est. Non em̄ similiter horum vnumquidq; manife
 stum nobis est.

¶ Utrum tantū due sint precognitiones et tria precognita et quid
 de unoquoq; habeat p̄cognosci ante demonstrationē. Pro intelle
 ctu huius questionis more Sciendū q̄ hec questio tria querit, pri
 mo querit vrum em̄ tria sint p̄cognita ante demonstrationē neces
 saria scz subjectū passio et dignitas. Secundo querit vtrū tñ dñe
 sint p̄cognitōes scz quid est, et quia est. Tertio querit quid de istis

Liber Primus

precognitis p̄cognoscit ante demonstrationē. Pro prima itaq; parte intelligenda.

Notandum est primo q; post

q; aristotiles pbavit oēs doctrinā et oēm disciplinā fieri ei p̄existente cognitōe principiorū. Jam consequēter ostendit qūo tria sunt pre cognita necessaria ante demonstrationē, scz subiectū passio et dignitas, et sile ostendit quid de unoquoq; istorū triu; habet p̄eognosci. De dignitate em ut dicit inferius p̄cognoscit tñ q; est de passione quid est, de subiecto p̄cognoscit vtrunq; scz quid est et q; est. Ut ergo intētio aristotilis p̄gnoscat ostendit Paulus de venetijs q; sicut ad gnationē naturalē iuxta aristotile scđo phisicoru; quatuor requisitorū cause scz materia forma efficiēt finis. Efficiens autē requisitorū ad gnationē naturalē est duplex quoddā vñnuerſale yl sol et virtus celestis, et quoddā p̄ticulare ut generans p̄ticulare, qd dicit aristotiles scđo phisicoru;. homo gnāt boiem et sol. Et scđo de gnatōe dī. et motus solis in obliquo círculo est causa gnatōis et corruptōis reetur in his inferiorib;. Sic etiā ad demonstrationē que sciaz generat quatuor requirunt cause. ¶ Primo requirit agens et efficiēt vle et p̄ticulare. Agens et efficiens vle demonstratōis et scie est dignitas prima vel prima p̄ncipia qua substantia demonstrationē nullam ingrediunt. sed solū virtute, premissa autē certe demonstratiōis habet se ut agens p̄ticulare, que premissa substantia liter ingrediunt demonstrationē. ¶ Secundo ad demonstrationē requirit materia, et hoc est subiectū cui passio ostenditur inesse. ipm em subiectū substata passione que de ipso demonstrat. ¶ Tertio requirit ad demonstrationē passio que habet se ut forma. Ipsa em passio egreditur ex principijs essentiaib; ipsius subiecti, quēadmodū forma pure naturalis eductor de potētia materie. ¶ Quartο ad demonstrationē requirit finis, et iste est scire, finis em demonstratōis est scire ut dicit inferius patet ergo quo ad demonstrationē quatuor requirunt.

Notandum secundo q; scđm

aristotilem p̄mo posteriorū illud cuius est scia et cuius scia acquiritur p̄ demonstrationē est vle, et conclūo in qua propria passio p̄discat et demonstrat inesse suo subiecto. Cum autē cognitio simpliū necessaria p̄cedit cognitionē complexiorū, dicit em Primo metaphysice. Simpleria sunt plura cōposita et hia que ex additōe sunt. Anteq; ergo cognoscat conclusio que est quoddā complexū necessariū est cognoscere subiectū et passionē. Subem p̄ tārō q; subiectū est illud

Ego natus ora 8o^o /
vij p̄ficio
Ego natus ora 8o^o p̄ficio

